



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.53. Concilium Forojuliense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

in diversis causis privatis inter Archiepiscopum Narbonensem & Episcopos Eltensem & Biterrensem ob limites eorum Diocesium & jurisdictionem Archiepiscopi ultra montes Pyrenæos agitatis.

§. LIII.

*Concilium Forojuliense.*

Eodem anno septingentesimo nonagesimo primo Error Felicis & Elipandi etiam in Concilio Forojuliensi, a Paulino Patriarcha Aquilejensi celebrato damnatus est. Rex Carolus hoc anno propitio Numine bellum moverat in Avaros seu Hunnos, quippe has duas Gentes Historici confundunt. Amplius enim ferre non poterat æqui amantissimus Rex insolentiam Barbarorum Ecclesiis & Christianis insultantium, præsertim postquam Christiani petiissent, ut sibi damna illata compensarentur, & non obtinuissent. Ergo preces imperat, jejunia, & per triduum supplicationes procedentis populi nudis pedibus, quo Dei auxilium efflagretur. Tum exercitum bipartito agmine in utraque Danubii ora immittit in barbaros. Illi terrore perciti in loca inaccessa diffugiunt. Franci nemine obistente regionem depopulantur, prædas agunt, captivorum multitudinem infinitam abstrahunt. In adversa quoque regione exercitus Italiæ Avaros acie vincit

Sæcul. VIII.  
A. C. 791.

*Ann. Loysel.  
Lauresch.  
Berti. Meten. an. 791.*

*Epist. ad  
Fastr. to. I.  
cap. p. 255.*

Sæcul. VIII.  
A. C. 791.  
cit, & magna clade profligat. Felicissimam belli armorumque sortem Rex Carolus per litteras significavit Fastradæ Reginae Conjugi suæ, quæ Ratisbonæ permanerat, ut preces & pia opera, ab ipso speciatim præcepta, peragi curaret.

to. 7. Conc.  
p. 991.

Post insignes victorias reportatas licuit Paulino cum Suffraganeis suis per litteras Canonicas convocatis Synodum celebrare. Igitur conveniunt Forojulii in Ecclesia Sanctæ Virginis. Tum lectis Epistola & Evangelio aliisque precibus recitatis, portis clausis, maxima populi frequentia foris stante Archidiaconus ex Syllabo Episcopus nominatim vocat, qui servato silentio per portam secretam intrant. Omnibus confidentibus Paulinus dixit: *Scitis, quod nobis bellorum turbis impeditis a longo tempore Concilia celebrare non fuerit permixsum, quamvis vobis in anno celebrari Canones præcipiant. Verum est quidem, hanc omissionem aliquatenus suppleri per Concilia generalia a Principe convocata, quibus sæpe interfui. Istud de Conciliis, quæ Rex Carolus singulis ferme annis ex omnibus Provinciis sibi subjectis convocabat, accipiendum. Tunc prosequitur in hunc modum: Jam vero cum profligatis Barbaris aliquantum quiescere detur, sine mora, ut Canones præcipiunt, vos convocavimus. Dicit deinde, initium ducendum*

p. 994.

dum esse a Fide, & duos errores oppugnat, primum, quod Spiritus Sanctus a solo Patre & non a Filio procedat. *Quæ Hæresis, inquit, causa fuit, cur in Symbolo addita fuerit vox FILIOQUE, quamvis Patres, ejusdem Symboli Auctores, eam prudenter omiserint, verba Evangelii simpliciter afferentes.* Alter error est, quod ab aliquibus Jesus Christus divideretur in duos Christos, unum naturalem & alterum adoptivum. Quem errorem pressis Auctorum nominibus damnat.

In hoc Concilio quatuordecim Canones conditi, quorum primus Simoniam expugnat, reliqui ad vitam honestam Clericorum pertinent. Non liceat Clericis cum quacunque muliere habitare, neque cum illis, quas Canones alias Clericis apud se habere indulgent. In domibus Clericorum nunquam audiantur cantiones profanæ, nec lyræ aut tibiæ, nec unquam appareat immoderata lætitia. Episcopus inconsulto Patriarcha Aquilejensi Presbyterum, Diaconum, aut Abbatem ad Depositionem non condemnet. Nemini liceat Matrimonium clandestinum contrahere, sed pactis sponsalibus intervenientibus per aliquam dilationis moram in lineam generationum tam sponsi quam sponsæ inquiretur; idque ad Parochi notitiam deveniat.

*Hist. Eccles. Tom. X. Mm Puer*

Sæcul. VIII.  
A.C. 791.

Joan. 15. 26.  
p. 999. & 101

c. 4.

c. 6.

c. 7.

Canones.

c. 8.

Sæcul. VIII.

A. C. 791.

- c. 9. Puer vel Puella in dissimili ætate non socientur, ut occasio adulterii tollatur. Soluta fornicationis causa conjugali vinculo non liceat viro aliam uxorem ducere quamdiu adultera vivit; adulteræ vero nec mortuo marito liceat alium virum accipere. Puellæ vel viduæ, si nigram vestem indutæ fuerint ob continentia signum, votum quod pollicitæ sunt servant, etiamsi ab Episcopo non fuerint sacratæ. Monasteria Sanctimonialium nulli virorum pateant. Nemo sine permisso Episcopi ingrediatur. Ipse Episcopus nunquam solus sed comitantibus Clericis eas adeat. Abbatissæ aut Moniales nec Romam nec ad alia Sacra loca peregrinentur. Dies Dominica a tempore vespertino, postquam Sabbato signum insonuerit, observetur, & etiam Conjuges ab opere carnali abstineant. Diebus autem Sabbati, quod adhuc rustici solebant, nemo ferietur. Ultimus Canon Decimas & Primitias reddere præcipit.

*Boll. .ii. Ja.  
to. i. p. 713.  
Coint. an.  
776. n. 7.*

Paulinus in hoc Concilio Præses vir erat Doctrina eximius, olim Grammaticæ Magister. Rex Carolus artium liberalium Fautor ei agrum a Fisco occupatum concessit; quæ donatio decima septima Junii anno regnantis Caroli octavo, nempe septingentesimo septuagesimo sexto data est, & brevi post tempore Pauli-

Paulinus Sigwaldo in Sede Aquilejensi Sæcul. VIII.  
 successit. Alcuino arcto amicitiae vin- A. C. 792.  
 culo junctus erat, quod ex aliquot epi- Ep. 2. 73.  
 stolis dispicitur, in quibus Alcuinus ejus 113. 94.  
 pietatem laudat, ad prædicandam fidem  
 hortatur, seque ejus precibus commen-  
 dat. Paulinus etiam præcipuam operam  
 ad convertendos Avars contulisse cre-  
 datur.

Anno sequente septingentesimo no- Ann. Egin.  
 nagesimo secundo Felix Urgelitanus Re- 792. Lau-  
 ginum seu Ratisbonam in Bavaria juben- resch. Loisel.  
 te Carolo Rege, ubi hyemaverat, addu- an. 792.  
 ctus est, & congregatum Concilium.  
 Auditus est Felix, erroris convictus, &  
 missus Romam ad Hadrianum Pontifi-  
 cem, quo præsentem confessus est & da-  
 mnavit Hæresim suam in Ecclesia S. Pe-  
 tri. Urgellam deinde rediit.

Felicem Romam perduxerat Angil- Elog. to. 5.  
 bertus, Carolo charissimus, qui ex Ber- Act. SS. Be.  
 tha ipsius filia duos filios susceperat, olim p. 92. 93. &c.  
 Pipini junioris Regis Italiae Palatio præ-  
 fectus, quem illo secutus, apud ipsum  
 aliquanto tempore commoratus est. Ei. Angilbertus.  
 dem deinde præfectura oræ maritimæ  
 in Francia, qua Oceanum & Angliam  
 spectat, obtigit, ubi cum cognovisset, qua-  
 le esset Monasterium Centulense seu S.  
 Richarii, illo circa annum 790. consen-  
 tiente Rege se recipiens vitam Monasti-  
 cam amplexus est.

Sæcl. VIII.  
A. C. 792.

Nihilominus Rex posthac in causis Ecclesiæ gravissimis sicut & in hac Legatione Romana, cum Felicem Urgelitanum anno 792. in Urbem deduxit, ipsius opera usus est.

§. LIV.

*Alcuinus in Francia.*

Sup. n. 17.  
Elog. to. 5.  
Act. SS. Be.  
p. 162.

Angilbertum suavissimum amicitiae vinculum jungebat Alcuino, qui hoc anno Sedem fixit in Francia, ut ante annos duodecim Carolo Regi promiserat, cum ei Ticini occurrisset.

Alcuinus natione Anglus, in provincia Eboracensi nobilibus & opulentis parentibus natus, ab unguiculis in Monasterio illius Ecclesiæ Cathedralis alumnus fuit. Egberto & Elberto duobus Archiepiscopis Eboracensibus, qui sibi in illa Sede successerunt, Magistris latinam græcamque linguam didicit. Egbertus fati proximus anno 765. eum Ecclesiæ suæ Bibliothecarium constituit; Elbertus vero eundem præfecit scholæ Eboracensi, quo labore in se suscepto S. Liudgerum, Fridugisum, & Enbaldum juniores Discipulos habuit.

Sup. n. 19.

Alcuinus sibi nomen latinum assumpsit Flaccus Albinus, & frequentissime Albinus apud Scriptores dicitur.

Cum igitur Rex Carolus Alcuinum anno septingentesimo octogesimo Ticini obvium